



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

1 An quempiam suo mutilare membro sit licitum,

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

QVÆSTIO II.

DE MVTILATIONE
Membrorum.

S.Tho.2.2.quæst.65.

ARTICVLVS I.

Vtrum quempia w suo mutilare membro, sit licitum.

Voniam animalis vita ex ea, quæ in membris, est constar post homicidium sequitur de membrorum mutilatione, vtrum sit vlo casu licita:

Et arguitur à parte negativa: Peccatum per hoc committitur, vli bro secundo ait Damascenus, quod recedit ab eo quod est secundum naturam, in id, quod est contra naturam; secundum autem naturam, auctore Deo corpus deserit esse suis membris integrum, ergo contra naturam est illud mutilare. Secundo: Sicut anima ad unum corpus, sic & anima partes ad partes corporis; vt de Anima, auctor est Aristoteles, anima autem hominem priuare, nisi publica potestate non licet, ipsum occidendo, ergo neq; particularia membra, nisi eadem publica potestate licet suis animae partibus, hoc est potentiss, orbare. Tertio Salus animæ salutis corporis præferenda est: nemini autem propter animæ salutem licet sibi membrum abscedere, puniuntur enim secundum præsa Niceni Concilij statuta, qui se cauila conseruanda pudicitia castaretur: ergo ob nullam aliam causam amputatio vla membra licita est. In contrarium est quod Exod.21.iubetur, Oculum pro oculo, dentem pro dente, ac manum pro manu reddi.

Quæstio hec duobus sensibus decidera est, quatenus amputatio membra, aut publica auctoritate fieri potest, aut cuiusque priuata Nam & abscissionis causa, vel morbus esse potest spiritualis, puta voluntarium crimen, vel naturale corporis viuum. Respondetur ergo tribus conclusio-

nibus Prima: Sicuti publica potestate quis licet ob graue crimen priuari potest vita, ita & propter leuius truncari potest membro. Probatur: Sicuti partes eiusdem hu-

mani corporis membra eius sunt, atque adeo in eius seruitum, atq; adminiculum creata, sic & singuli ciues membra sunt totius reipublice ad eandem relata, & ordinata, ergo sicut de membris eiusdem corporis eomodo disponendum est, qui saluti totius corporis est congruentior, sic & de ciubus singulis quatenus saluti republi- ce est expedientius, membrum autem fa-

nun abesse detrimento corporis abscondi non potest, quia roti cominodum est, sed tunc quando infectum nocet. Igitur si ciuis documentum intulit reipublica, si-

cur posset respublica illum prorsus, dum crimen id meretur, extinguere, sic dum peccatum non est tam graue, potest ipsum mutilatum, etiam si membrum quod abscondi- ditur, corporali sanitati vigeret, et letique per sona vtile. Secunda conclusio: Ruris dum membrum aliquod naturali morbo corruptum fuerit, ex voluntate ipsius aegroti abscondi potest ad eius seruandam vitam. Probatur, nam vnuquisque ius ha-

bet propriam seruandi vitam, ergo dum abscondi membra necessaria est, tunc per in-

deatque alia medicamina genera po- test illam quisque sibi optare. Quare & au- toritate etiam parentis, aut aliis gerentis eius curam circa publicam facultatem id fieri potest. Tertia conclusio: Extra hos

duos casus nulli per publicam auctorita- tem, neque per conensem priuate perso- na licita est mutilatio. Probatur, qui vita

totius ex membris constat. Quare sicut ho- micidium nemini licitum est, ita neque

mutilatio. Adnotandum ergo discrimen est, quod propter spirituale virium licet quidem reipublice hominem mutilare,

non tamen ipsi priuata persona, sed vice

vera, ob corporalem morbum licet infir- mo sibi membrum consilio medici absen- dii permitti, non tamē hoc reipublice mu-

nus est, vt eum cogere possit. Et ratio est,

quia vnuquisque est sue vita custos, respu-

blica vero boni communis. Quo sit, yr hæc

homicidium non nisi ob culpam fieri pos-

si, mutilatio ramen licita etiam sit propter

corporalem salutem. Sed nunquid non po-

test respublica aut pater, aut prælaus filii

aut subditum cogere, vt dum ad salutem

Dd 4 fucit

Secunda
conclusio.Tertia
conclusio.Adnotā-
dum di-
scrimenRoga-
rio.

Solutio-

suerit necessarium, membrum sibi permit-
tati abscondi? Respondetur quod res publica
in hoc nullum habet ius praeclusum vero
coegeret posset subditum propter singularem
obedientiam illi promissam, ut medicina
admittat, qua commode recipere potest.
At vero quod ingentissimum dolorum
in amputatione membra, aut corporis inci-
sione ferat, profecto nemo cogi potest,
quia nemo tenet tanto cruciatu vitam
teruare. Neque ille censendus est sui homici-
cida. Imo vero est illa Romani vox dam-
cris illi aperiatur. Non est tanto dolore
digna falso. Testim demum conclusio abs-
que alia exceptione generali continet veri-
tatem. Nulla enim de causa, praeter iam
exceptas, vili licet, a se membrum trucare.
Summa enim videri potest ad extirpan-
dos carnis agones: quam ob causam Ori-
gen. in Hist. Ecclesiast. li. 6.c. 6. ferunt se
castrasse, quo ad literam, ut forte arbitrab-
tur, verbum implere euangelium de eu-
nuchis qui se castrauerunt propter regnum
caelorum. Quod tamen flagitium illi fuit,
ut decretum habet Concilij Niceni, cano-
si quis a medicis, dist. 55, licet zelus & casti-
tatis indicium, laudi sit illi tribuendum.
Neque vero Marci factum, qui, ut eius ha-
ber historia, pollicem sibi ex anima humili-
tat resecuit, ne iniurias sacris initaretur,
laude dignum est, nisi revelatione aliqua
protengatur. Hoc autem restat haud diffi-
cilem dandum dubium, utrum qui, ut ex-
empli gratia dicamus, ferro manum habeat,
aut quodvis aliud membro muro illigatu-
si ignis flamnam ipsum iamiam invaserit,
aut irruentes hostes alter effugeat: e
non posset quam membrum sibi amputa-
do, id sibi licet? Apparet enim nequaquam
id iure posse. Perinde enim casus huiusmo-
di habere videatur atque ille quem supra
refutauimus. Videlicet si quis tibi morte
minaretur, nisi tu tibi ipsi membrum refe-
care. Diximus enim id tibi non licere. Re-
spondetur nihilominus non esse similes:
immo in praesenti eventu, nisi meum me
fatu iudicium, ius illi misero fateri, ut illo
modo non temere evadat. Nam quando alte-
ri tibi minatur mortem, ab extrinseco est
abscessio membris necessaria, & ideo tibi
non licet quando vero alligatus es, iam est
ab intrinseco. Quare sicut si te canis denti-
bus teneret posses patrem illam incidere,
& si oculus tuus exilie de fenestra posles

Vox Ma-
tij.

Origen.

Dubiu.

cum periculo frangendi membra. Simile
ius est in casu nostro. De irregularitate vero
tam mutilantium quam multilatorum con-
venit dicere pergamus, certum est multilatorum
tem irregularitatem contrahere. Nam cum in
tot capitulus citatis sit de homic. constitutum
sum sit, homicidium irregularitatem in-
ducere, & membrum quodcumque pars sit
vitare, conseqvens sit, ut mutilator quadam op-
tenus homicida censetur, hoc est mem-
bri occisor, atque adeo irregularis, ut optime
medicos norant post glossam supra ci-
ratam in Clem. de homic. ubi ambo com-
ponuntur verba, occidere, & mutilare. Qua-
re non sufficit ad irregularitatem, quod
quis membrum debilitet, imo forte neque
quod ipsum circa detrunctionem morti-
ce. Nam prece sunt restringendae, & iuri
non loquantur nisi de mutilatore. Adno-
tauit autem eadem gl. intelligendum esse
mutilationem membris principaliis, que
haec tenus ratione consonat. Exemplum au-
tem quod subdit, nempe quod ab abscessu di-
gitii irregularitatem non inducat, non vix
adeo veritatem continere videatur, tamen
plerique Iurisconsultorum in eadem pes-
titatis in sua cum hac moderatione, q. digiti
ille non sit index, aut pollex, quibus dimid-
corpus apprehenditur. Et ratio eorum est,
quod carceri non sunt principalia membra
ut potest qui praecipua non habeant officia,
iuxta verbum Apostoli ad Rom. 12. v. et
oculus, & manus, &c. At vero sunt proba-
bilius est contraria Caiet. assertio, nate ve-
ria digitus quisque officium habet, nec non
ista praecipuum sicut pollex, aut index. Qui in
tempore particulam in digiti vel fibi, vel aliis
riabsindere, eo non efficit irregularitatem, qd
parum pro nibilo reputatur. Quo autem ad
mutilatos & truncos descendamus, id pili-
cum adnotandum ob aliam rationem eos habe-
ri irregulares, quam muillares. Illi a qua
secenturunt, inhabiles facti sunt illi at
quia suo ipsorum corporis habitu inepit,
ac perinde indecentes existunt, vi faci-
taribus administrari. Nam & antiquis ve-
Leuit. 22. memoria proditum est nullum
aliam quod circum esset aut truncum, aut fa-
ctum, aut testiculis factis, aut tonis, licet
abscessio membris necessaria, & ideo tibi
offerre Dño. Etenim si ad principia mes-
tas tales non admittuntur administrari, mul-
to minus eos deceat divina mysteria trahi
re. Hac ratione in Concilio Niceno cuiusmo-
di corpore via via ab ecclesiastico munere
abscitum

gabili sunt, vt can si quis a medicis ss. di-
ficiuntur. Postquam iunctionem subse-
quuntur sunt aliae tam Concilij Arelatensis
quam Gelasij, atque aliorum pontificum:
v. eadem distin cap. hi qui, atque alii, le-
gitur: Atqui illi præcipue a sacris functio-
nibus inhibentur, qui sinistre Euange-
lium audientes, quo carni resisterent, vo-
lentes seculisunt, quibus canonibus post sub-
scripsit Alexand. 3. toto titu. de corpo. vi-
tia. Immo & deformitas si grauis sit in
oculo, quamvis sit nativitas vitium, pro-
motionem prohibet. Qui autem sanitatis
gratia medicorum consilia secantur, non
ideo redduntur inhabiles ad sacerdotium:
vt habetur eadem distinet. can. si quis pro-
agitudine, & de corpo. viat. vtroque ca-
pit ex parte. Neque solum membra principi-
palia abscissio, qualis est manus, irregulari-
taem inducit: vt habetur capit. exposuit.
eodem tñ. quod immo & si quis partem di-
giti sibi abscidit: vt habet can. qui partem,
ss. distinet. Sed intelligitur quod sit tanta,
vt sine scandalio tangere sacrosanctum fa-
cumentum nequeat: vt exponitur de
corpori. cap. 1. & cap. ultimo. Et forsitan le-
gitur: non causa requiri in mutilante, vt fiat
irregularis, quam in mutilato. Nam in mu-
tilante abscindere digitum, vt diximus,
forsitan sufficit, quia membrum occidit: in
mutilato vero requiritur, quod sit vel insi-
gnis deformitas, sive a calu, sive a nativi-
tate proueniat.

Ad primum igitur argumentum pri-
ncipale respondetur, id quod est contra par-
tibus. Hj. cap. 1. ipso. scilicet oculum pro oculo, & den-
tem pro dente. Deinde, ne dexteras ampu-
tari, que quidem destruunt inuileam
hominem reddit. Blasphemis autem opri-
mo iure lingua abscondiuntur, & falsis testi-
moniis possunt maximè abstinent ab
huiusmodi supplicijs. Primum, ne peccati-
tione a malefictoribus antiquo more
exigantur: scilicet oculum pro oculo, & den-
tem pro dente. Deinde, ne dexteras ampu-
tari, que quidem destruunt inuileam
hominem reddit. Et secundum re-
spondetur, quod cum vita non ordinetur
ad alium finem ipsius viuentis, sed solum

ad bonum publicum nullatenus se homo
potest illa priuare: sed sola res publica illam
habet potestate: membra tamen ordinan-
tur ad vitam: & ideo persona ipsa, que suę
custos est, vita potest membrum, causa vi-
tae resecare. Ad tertium denique responde-
tur, quod abscissio membra corporalis co-
est licita, quod necessaria esse solet vita ser-
uanda. At vero salutem ad spiritualem
nunquam est necessaria. Nam peccatum per
quod anima moritur, ubique & semper vo-
luntari subiaceat: alias non esset peccatum.
Et fidelis Deus, uti ait Paulus maiorem ho-
mini tentationem non permitit, quam ip-
se per eius gratiam superare potest. Qua-
propter verbum illud, Si oculus tuus scan-
dalizat te, erue cum, & si dextera manus
tua scandalizat te, abscinde eam, non eo
dictum est, quod esse possit vñquam necel-
larium, sed vel hyperbole est, vel alium sen-
sum facit moralem de occasione, bus ampu-
tandis, ut sancti interpretantur, & nos etiā
pro modo illic nostro exponimus reliqui-
mus. Vnde super illud Matth. 19. Sunt eu-
nuchi, qui se castrauerunt proprie regnum
celorum, ait Chrysost. Non per membro-
rum abscissionem, sed per malorum cogi-
tationem interemptionem.

ARTICVLVS II.

Vtrum licent patris filios, aut dominis
seruos verberare.

Post mutilationem sequitur de alijs ver-
bribus illi annexis dicere. Et quia nō
dubitatur quin reipublice id sit licitum, argum-
entum inquiritur de patribus an licet verberare
negari filios. Ait enim Phil. 1. o. Ethic. ca. 1. quod
ex patris preceptio vires non haber, neque
Aristoteles cogendi necessitatem, neque vilius pror-
fus viri, nisi sit princeps, uerberatio autem
quadam est coactionis species, ergo id pa-
tribus non conuenit, neque vero dñs. Se
cundo arguitur. Si id parentibus a domi-
ni licitum esset, cum ad fraternam con-
gregationem pertineat, euicunque personæ
idem suffragaretur ius, vt quemlibet uer-
berare corripiendo posset. In contrarium
autem est illud Prove. 13. Qui parci uirgæ,
odit filium suum. Et infra c. 2. Noli sub-
trahere a pueru disciplinam. Et Ecclesiast.
13. Seruo maleuolo tortura & compedes.

Ad